



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118324

§. 5. Invidiosa æmulatio inter Joannem Capistranum, & Hunniadem

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66507](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66507)

Sæcul. XV. dentiaæ suæ errorem nondum corrigere
 A.C. 1456. posset.

§. V.

*Invidiosa æmulatio inter Joannem
 Capistranum & Huniadem.*

*Æn. Sylv.
 loc. cit.*

*Spond. hoc
 num. 3.*

Æque Joannes Capistranus, quam Huniades summum Pontificem, atque Imperatorem datis literis de fausto sacri hujus belli successu certiores reddiderunt; cum vero uterque sibi soli partæ victoriæ laudem attribueret, inter eos æmulationis certamen exortum est: Inane prorsus gloriæ studium utroque Viro indignum, quamvis ceteroquin quilibet eorum ob præclaras dotes pari laude celebratissimus esset; quippe pro sua parte Capistranus suis precibus & adhortationibus, Huniades vero manu, fortitudine, atque prudentia plurimum ad hanc victoriam conferebant, certe ampliori adhuc præconio dignissimi, si quisque gloriæ sibi debitæ limites non excessisset.

§. VI.

*Festivitas transfigurationis Domini
 solemniter celebrata.*

Cum Mahometes Belgradensi obsidioni finem imponere coactus esset sexta Aprilis, (*) qua die jam a pluribus retro

(*) Verius ex S. Antonino, & Naclero tenemus;